



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciæ

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Capuana. In Capuam Jul. Cæs. Scaliger.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



CAPUANA.
IN CAPUAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Flammea si valeat superare superbia fastum:
Pinguem luxuriam deliciosus amor:
Hoc mollem pinges Capuam, Capuaq; colonos:
Et qua aliis visa est, nec sibi meta fuit.

INSCRIPTIONES.

IN PORTA CASTELLI.

Lælius Elysii Gentilis Capuan. F. molem hanc vetustatis monumentum restauravit: adjacentes hortos & cryptas expurgavit: cunctaq; Musis & amicis dedicavit.

IBIDE M.

Hospes Apulejus quum sis, ne ingredere, prius quam ex horto rosas collegeris.

TARENTINA.
IN TARENTUM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Mollia qua tenuis dimittunt pondera lana:
Tonsa Tarentinis jugera lata jugis,
Hac eadem complent vagrandibus horrea culmis:
Et tua sub prælum munera Bacche ferunt.
Nulla est in Latio Pomona beatior usquam:
Nulla est Hesperidum gratiior aura locis.
Se totum exhibuit lauta ad convivia Nereus:
Servit & innumeris proxima silva feris.
Hic ver perpetuum est, tantum pro frugibus estas.
Nectarreas superant sidera foeta dapes.

Quod

*Quod si calum imis vellet mutare supremas,
Hand alii poterat plenius esse lotis.*

TUMULUS PACUVII.

Adulescens, tametsi properas, hoc te saxum rogar ut se
adspicias: deinde quod scriptum est legas. Heic sunt Poëtae
Pacuvii Marci sita ossa. Hoc volebam nescius ne esses.

IN CORSICA.

Hieronymus de Monelia legatus in hanc insulam Cor-
sicæ pro magnifico officio S. Georgii Commissar. ut
populos precedentis anni rebellione nondum constantes
in pace ac officio contineret. Armis atq; prudentia rem.



TERGESTAE IN ISTRIA.

EPITAPHIUM PUERI.

*M*e longè effigie venustior em
Narcisci vel Apollinis comati
Parcarum Lachesis soror severa
Isti Quinterinem dedit sepulcro.
Cur non flosculus exeam requiris,
Cum tantum fuerim puer decorus?
Hac tellus nimis arida est viator,
Nostris facta perustione amoris.
Nam terram quoque laetus amorem decore.
Quod si lacrymulis tuis madescet;
Forsitan flos novus ibit e sepulcro.

IN ZAZYNTHO.

M. TULLI CICERO HAVE, ET TU
TERTIA ANTONIA.

S ij